



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum anima rationalis sit creata in corpore.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

ad susceptionem animæ. Et sciendum quod aliter est in generatione hominis uel animalis, & aliter in generatione aeris uel aquæ. Nam generatio aeris est simplex: cum in tota generatione aeris non appareant nisi duæ formæ substantiales, una quæ abijcitur, & alia quæ inducitur: quod totum fit simul in uno instanti. vnde ante introductionem formæ aeris, semper manet ibi forma aquæ: nec sunt ibi dispositiones ad formam aeris. In generatione autem animalis apparent diuersæ formæ substantiales: cum primo appareat sperma, & postea sanguis, & sic deinceps quousque fit forma hominis uel animalis. Et sic oportet quod huiusmodi generatio non sit simplex, sed continens in se plures generationes & corruptiones. Non enim potest esse quod una & eadē forma substantialis gradatim educatur in actum: ut ostensum est. Sic ergo per virtutem formatiuam quæ a principio est in semine: abiecta forma spermatis inducitur alia forma: qua abiecta iterum inducitur alia. Et sic primo inducatur anima vegetabilis: deinde ea abiecta inducatur anima sensibilis & vegetabilis simul: qua abiecta inducatur non per virtutem prædictam, sed a creatore anima quæ simul est rationalis, sensibilis, & vegetabilis. Et sic dicendum est secundum hanc opinionem: quod embrio antequam habeat animam rationalem uiuit, & habet animam: qua abiecta inducitur anima rationalis. Et sic non sequitur duas animas esse in eodem corpore: nec animam rationalem traduci cum semine.

Ad x. dicendum, quod embrio antequam habeat animam rationalem: non est ens perfectum, sed in uia ad perfectionem. vnde non est in genere uel specie, nisi per reductionem sicut incompletum reducit ad genus uel speciem completi.

Ad xi. dicendum, quod in semine a principio quamuis non sit anima: est tamen ibi uirtus animæ: ut dictum est. Quæ quidem uirtus fundatur in spiritu qui in spermate continetur. Et dicitur uirtus animæ: quia est ab anima generantis.

Ad xii. dicendum, quod embrio ante animam rationalem uiuit, & animam habet ut dictum est. unde hoc argumentum concedimus.

Et similiter. 13. 14. & 15.

Ad xvi. dicendum, quod uirtus formatiua quæ in principio est in semine, manet adueniente etiam anima rationali: sicut & spiritus in quos ferè tota substantia spermatis conuertitur, manet. Et illa quæ prius fuit formatiua corporis, fit postmodum corporis regitiua. Sicut etiam calor qui fuit dispositio ad formam ignis manet forma ignis adueniente, ut instrumentum formæ in agendo. Et per hoc patet solutio ad 17. & ad 18.

Ad xix. dicendum, quod licet anima rationalis non sit a generante: uero tamen corporis ad eam, est quodammodo a generante: ut dictum est. Et ideo homo dicitur generari.

Ad xx. dicendum, quod pro tanto in homine non est duplex esse: quia non est sic intelligendum corpus esse a generante & animam a creatore, quasi corpori acquiratur esse separatim a generante, & separatim animam a creatore, sed quia creans dat esse animam in corpore, & generans disponit corpus ad hoc, quod uiuus esse sit particeps per animam sibi unitam.

Ad xxi. dicendum quod duo agentia omnino disparata non possunt hoc modo se habere: quod actio unius terminetur ad materiam & alterius ad formam. hoc tamen contingit in duobus agentibus

Aordinatis, quorum unum est instrumentum alterius. Actio enim principalis agentis se extendit quoadquod ad aliquid ad quod non potest se extendere actio instrumenti: Natura autem est sicut instrumentum quoddam diuinæ uirtutis, ut supra ostensum est. vnde non est inconueniens si uirtus diuina sola faciat animam rationalem: actione natura se extendente solum ad disponendum corpus.

Ad xxi. dicendum, quod intellectus in corpore existens, non indiget aliquo corporali: quod ad intelligendum simul cum intellectu sit principium intellectualis operationis, sicut accidit in uisu. Nam principium uisionis non est uisus tantum, sed oculus constans ex uisu & pupilla. Indiget autem corpore tantquam obiecto, sicut uisus indiget pariete in quo est color. Nam phantasmata comparantur ad intellectum, ut colores ad uisum, sicut dicitur in tercio de anima. Et ex hoc est quod intellectus impeditur in intelligendo laeso organo phantasia, quia quandiu est in corpore indiget phantasmatis, non solum quasi accipiens a phantasmatis dum acquirit scientiam, sed etiam comparans species intelligibiles phantasmatis, dum utitur scientia acquisita. Et propter hoc exemplum in scientiis sunt necessaria.

Et per hoc patet responsio ad 23. & 24.

Ad xxv. dicendum, quod illa ratio est Apollinaris: ut Greg. Nissenus dicit, Decipiebatur autem in hoc, quod non distinguebatur operatio natura: quæ est generatio prolis, cui Deus dat complementum, ab operatione uoluntaria adulterii in qua peccatum consistit.

Ad xxvi. dicendum quod anima cum sit perfectior formis materialibus, posset sibi similem producere, si anima rationalis posset produci aliter quam per creationem, quod esse non potest. Et hoc prouenit ex eius perfectione, ut ex prædictis potest patere.

Ad xxvii. dicendum, quod in solo Deo potest esse una natura in pluribus suppositis. Et ideo ibi solummodo potest esse generatio sine imperfectione mutationis & diuisionis. vnde nobiliores creaturæ, quæ sunt indiuisibiles, nec substantialiter transmutantur, sicut anima rationalis & Angelus, non generantur. Sed inferiores creaturæ, quæ sunt diuisibiles & corruptibiles.

Ad xxviii. dicendum, quod uirtus illa quæ est in semine a Philosopho uocatur intellectus, ut dicitur Com. in 7. Meta. propter quandam similitudinem: quia sicut intellectus operatur absque organo, ita & illa uirtus.

Ad xxix. dicendum, quod uerbum illud Philosophi est intelligendum de anima sensibili, non de rationali.

ARTICVLVS X.

Vtrum anima rationalis sit creata in corpore.

DECIMO quaeritur, utrum anima rationalis sit creata in corpore uel extra corpus. Et ut quod sit creata extra corpus. Eorum enim quæ sunt idem secundum speciem est idem modus prodeundi in esse. Sed animæ nostræ sunt eiusdem speciei cum anima Adæ. Anima autem Adæ fuit extra corpus cum Angelis creata, ut Augustinus dicit 7. super Gene. ad literam. ergo & alia anima humana extra corpus creantur.

¶ 2. Præter. Omne totum imperfectum est, cui deest aliqua pars quæ ad eius perfectionem pertinet. Sed animæ rationales magis pertinent ad perfectionem uniuersi quam etiam substantiæ corporales: cum substantia intellectualis sit nobilior corporali substantia. Si ergo

D. 37. Art. 8. huiusmodi arg. clarus art. 7 in corp.

com. 1. te. 3.

In lib. de ar. ma. cap. 6. a medio.

In corp. art.

Com. 31.

1. p. q. 90. ar. 4. & 118. ar. 3. ar. 3. d. 3. q. 6. ar. 1. Et 2. com. 6. 61.

Lib. 7. cap. 25. & 27. 1. 3

In istamet solutione.

In solutione ad 9. art.

In sol. ad 9. 13. 14. 15. 16.

In solutione 6. arg.

ergo aia rationales a principio non fuerunt omnes F
creatae. sed quotidie creantur. cu corpora generantur: sequitur q vniversum sit imperfectum, ex eo q
defunt sibi nobilissima partes eius. hoc videtur esse
inconueniens. ergo anima rationales sunt a princi-
pio extra corpora creatae.

¶ 3 Præt. Theatralibus ludis vt esse simile: q tunc
vniversum destruat: quando ad ultimam perfe-
ctionem deuenit. Sed mundus tunc finietur qñ
hominum generatio cessabit, & tunc completissi-
ma vniversi perfectio erit, si anima simul creantur,
cum corpora generantur. ergo secundum hoc diui-
na gubernatio, quæ mundi regit, erit similis ludo,
quod videtur esse absurdum. Sed dices q nihil pro-
hibet perfectioni vniversi deesse aliquid secundum
numerum, cum tamen quantum ad omnes eius spe-
cies sit completum.

¶ 4 Sed contra. Species rerum ex hoc q quantum
in ipsis est perpetuitatem quandã habent, pertinent
ad essentialem perfectionem vniversi, utpote per se
intenta ab vniversi auctore. Individua vero, quæ nõ
habent esse perpetuum, pertinent ad quandam acci-
dentalem vniversi perfectionem, utpote non pp se
intenta, sed pp speciei conseruationem. Anima au-
tem rationales non solum secundum speciem, sed
etiam secundum singula indiuidua perpetuitatem
habent. ergo si a principio omnes anima rationales
defuerunt: ita fuit vniversum imperfectum, ac si ali-
quæ species vniversi defuissent.

Lib. 2. partim
post mediũ.

¶ 5 Præt. Macrobius super somnũ Scipionis duas
portas in celo posuit: vnã deorum, & aliam aia-
rum, in Cancro. s. & Capricorno, per quarum alte-
ram, anima ad corpus descendebant. Sed hoc non
esset, nisi anima extra corpus in celo crearentur. er-
go anima extra corpora creatae sunt.

Lib. 2. com.
36. tom. 2.
Cap. 2. a me
dioc. 3.

¶ 6 Præt. Causa efficiens præcedit tempore suum
effectum. Sed anima est causa efficiens corporis: vt
dicitur in 2. de anima. ergo est ante corpus, & ita
non creatur in corpore.

In propo-
s. 2. 1. in cer-
opera Arist.
Loco nunc
dicto.

¶ 7 Præt. In lib. de spiritu & anima dicitur, q anima ante-
quam corpori vnatur, habet irascibilitatem &
concupiscibilitatem. Sed hæc non possunt esse in
anima antequam anima sit. ergo anima est antequã
corpori vnatur. & ita non creatur in corpore.

In arg. præ-
cedenti.

¶ 8 Præt. Substantia aia rationalis tpe non men-
suratur: quia ut dicitur in lib. de Causis, est supra tempus,
nec iterum mensuratur aternitate: quia hoc solum
Dei est. In lib. etiam de causis dicitur, q anima est in-
fra aternitatem. ergo mensuratur aeo sicut & An-
geli, & ita eadem est mensura durationis Angeli &
anima. Cum ergo Angeli sint creati a principio
mundi. videtur quod etiam anima tunc sint creati,
& non in corporibus.

¶ 9 Præt. In aeo non est prius & posterius: aliã a
tpe non differret, ut quibusdam vt. Sed si Angeli an-
te animas essent creati, vel una anima post aliam
crearetur, esset in aeo prius & posterius, cum men-
sura anima sit aeuum, ut ostensum est. ergo oportet
omnes animas simul creari cum Angelis.

¶ 10 Præt. Vnitas loci attestatur unitati natura: vn-
de & diuersorum corporum secundum naturam,
diuersa sunt loca. Sed Angeli & anima conueniunt
in natura, cum sint substantia spirituales & intelle-
ctuales. ergo anima creatae sunt in celo empyreo
sicut Angeli, & non in corporibus.

¶ 11 Præt. Quanto aliqua substantia est subtilior, tã-
to ei altior locus debetur. Vñ ignis locus altior est

quàm aeris vel aquæ. Sed anima est multo simplici-
or substantia q̄ aliquod corpus. ergo videtur q̄ sit
creata supra omnia corpora, & non in corpore.

¶ 12 Præt. Cuiuslibet rei vltima perfectio est secun-
dum quod est in proprio loco: cum non sit extra
proprium locum nisi per uiolentiam quandam. Sed
vltima perfectio anima est in celesti habitatione. er-
go ibi locus est congruens naturæ eius. Et ita vide-
tur quod ibi sit creata.

¶ 13 Præt. Gene. 1. dicitur. Requieuit Deus die septi-
mo ab omni opere quod patrarat. Ex quo intelli-
gitur quod tunc Deus a nouis creaturis creandis
cessauit. Sed hoc non esset, si nunc quotidie anima
crearentur. ergo anima non creantur in corpore,
sed creatae sunt a principio extra corpus.

¶ 14 Præt. Opus creationis præcedit opus propaga-
tionis. hoc autem non esset, si simul anima crearen-
tur dum corpora propagantur. ergo anima ante
corpora sunt creatae.

¶ 15 Præt. Deus omnia secundum iustitiam opera-
tur. sed secundum iustitiam non dantur diuersa &
inæqualia nisi in illis in quibus aliqua inæqualitas
meriti præexistit. Cum ergo in natiuitate hominũ
circa animas multa inæqualitas attendatur: tum ex
hoc, quod quædam vnuntur creatoris ad opera-
tiones anima aptis, quædam uero ineptis: tum ex
hoc quod quidam ex infidelibus nascuntur, alij ve-
ro ex fidelibus, qui per sacramentorum susceptio-
nem saluantur: videtur quod inæqualitas meriti in
animabus præcesserit. Et sic videtur quod anima
fuerint ante corpora.

¶ 16 Præt. Ea quoque vna est inceptio, videtur q̄
secundum esse dependeat adinuicem. Sed anima
secundũ esse suum non dependet a corpore: quod
patet ex hoc, q̄ corrupto corpore manet. ergo nec
anima simul incipit cum corpore.

¶ 17 Præt. Ea quorum vnũ impedit alterum, nõ
naturaliter vnuntur. Sed anima impeditur a sua ope-
ratione a corpore. Corpus enim quod corrumpit-
tur aggrauat animam: vt dicitur Sapient. 9. ergo ani-
ma non naturaliter vnitur corpori. Et ita videtur q̄
prius fuerit corpori non vnita quàm vniretur.

SED CONTRA Est quod dicitur in libro de Eccelesi-
asticis dogmatibus, q̄ anima ab initio inter cæte-
ras intellectuales creaturas non simul creantur.

¶ 2 Præt. Greg. Nyssenus dicit, quod assertio vtrius-
que opinionis vituperatione non caret, & eorum,
qui prius viuere animas in suo quodam statu atque
ordine fabulantur, & eorum, qui eas post corpora
creatas existimant.

¶ 3 Præt. Hieronymus dicit in simbolo fidei, quæ
composita sunt. Eorum condemnamus errorem, qui di-
cunt animas ante peccasse, uel in celis conuersatas
fuisse, quàm in corpora immitterentur.

¶ 4 Præt. Proprius actus fit in ppria materia, sed aia
est pprius actus corporis: ergo i corpore aia creat.

RESPON. dicendum, q̄ sicut supra dictum est,
quorundam opinio fuit, quod anima omnes simul
create fuerunt extra corpus. Cuius quidem opinio-
nis falsitas potest ad presens quatuor rationibus
ostendi. Quarum prima est, quod res create sunt a
Deo in sua perfectione naturali. Perfectũ enim na-
turaliter precedit imperfectum, secundum Philoso-
phum. Et Boetius dicit, quod natura a perfectis im-
mit exordium. Anima autem non habet perfectionem
sue nature extra corpus, cõ nõ sit per se ipsam spe-
cies completa alicuius nature, sed sit pars humanæ
nature.

naturæ, aliàs oporteret q̄ ex anima & corpore nõ fieret unum nisi per accidens, unde non fuit anima humana extra corpus creata, Quicūq; aut̄ posuerunt animas extra corpora fuisse antequam corporibus unirentur, æstimauerunt eas esse naturas perfectas, & q̄ naturalis perfectio animæ non est esse in hoc, q̄ anima corpori uniretur, sed uniretur ei accidentaliter, sicut hõ indumento. Sicut Plato dicebat, q̄ homo non est ex anima & corpore, sed est anima utens corpore. Et propter hoc omnes qui posuerunt animas extra corpora creati, posuerunt transcorporationem animarum, vt sic anima exuta a corpore vno, alteri corpori uniretur, sicut homo exutus uno vestimento induit alterum. Secunda ratio est Aui. Cum. n. anima non sit composita ex materia & forma, distinguitur. n. & a materia & a composito in secundo de anima, distinctio animarum ab inuicem esse non possit nisi s̄m formale differentiam, si solum secundum seipsas distingueretur. Formals autem differentia diuersitatem speciei inducit. Diuersitas autem secundum numerum in eadem specie ex differentia materiali procedit: quæ quidem animæ competere non potest secundum naturam ex qua sit, sed secundum materiam in qua sit. Sic ergo solum ponere possumus plures animas humanas eiusdem speciei, numero diuersas esse, si a sui principio corporibus uniantur, ut earum distinctio ex vnione ad corpus quodammodo proueniat sicut a materiali principio: quamuis sicut ab efficiente principio talis distinctio sit à Deo. Si vero extra corpora animæ humanæ fuissent creatæ, oportuisset eas esse specie differentes, sublato distinctiois materiali principio, sicut & omnes substantiæ separata a Philosophis ponuntur specie differentes. Tertia ratio est. Nam anima rationalis humana nõ differt secundum substantiam à sensibili & vegetabili, sicut superius est ostensum: vegetabilis autem & sensibilis animæ origo non potest esse nisi in corpore, cum sint actus quarundam partium corporis. vnde nec anima rationalis potest nisi in corpore creari secundum naturæ suæ conuenientiam, tamen absq; diuinæ præiudicio potestatis. Quarta ratio est, quia si anima rationalis extra corpus creata fuit, & ibi habuit sui esse naturalis completum, impossibile est cõuenientem causam assignare vnionis eius ad corpus. Nõ. n. potest dici, q̄ proprio motu se corporibus adiunxit: cum videamus q̄ deferere corpus non subiaceat animæ potestati, quod esset, si ex voluntate sua corpori esset vnita. Et præterea si sunt creatæ omnino separata, non potest dici quare vnio corporis voluntatem separata animæ illexisset. Nec iterum potest dici quod post aliquos annorum circuitus, naturalis ei appetitus superuenerit corpori adherendi, & quod ex operatione naturæ huiusmodi vnio sit causata. Nam ea quæ certo temporis spatio secundum naturam agitur, ad motum celi reducuntur sicut ad causam, per quam temporum spatia mensurantur. Animas autem separatas non est possibile celestium corporum motibus subiacere, similiter non potest dici q̄ à Deo sint corpori alligata, si eas prius absq; corporibus creauisset. Si n. dicatur q̄ ad earum perfectionem hoc fecit, non fuisset ratio quare absque corporibus crearentur. Si vero in earum penam hoc factum est, ut corporibus quasi quibusdam carceribus intruderentur, sicut Origines dixit propter peccata commissa, sequeretur quod institutio naturarum ex spiritali-

bus & corporalibus substantijs cõpositarum, esset per accidens, & non ex prima Dei intentione. Quod est contra id qd legitur Gene. 1. Vidit. Deus cuncta quæ fecerat, & erant ualde bona. vbi manifeste ostenditur bonitatē Dei & nõ malitiã cuiuscumq; creaturæ fuisse causam bonorū operum condendorū. AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ August. in lib. super Gen. ad lit. & præcipue inquirendo de origine animæ, loquitur magis inuestigando quàm attendendo: sicut ipsemet dicit. AD SECVNDVM dicendū, q̄ vniuersum in sui principio fuit perfectum quantum ad species, & nõ quantum ad omnia indiuidua: vel quantum ad causas rerū naturalium, ex quibus possunt postmodū alia propagari: non quantum ad omnes effectus. Anima vero rationales quamuis non fiant a causis naturalibus: tamen corpora quibus diuinitus infunduntur sicut sibi cõnaturalibus, per operationē naturæ sūt. AD TERTIVM dicendum, q̄ in ludo nõ queritur aliquid p̄ter ludum. Sed ex motu quo Deus creaturas corporales mouet: queritur aliquid p̄ter ipsum motum, s̄ completus numerus electorum: quo habito motus cessabit: licet non substantia mundi. AD QVARTVM dicendum, q̄ multitudo animarum pertinet ad essentialē perfectionē vniuersi vltimam, sed non primam: cum tota corporum mundi transmutatio ordinetur quodammodo ad animarum multiplicationem: ad quam requiritur corporum multiplicatio, vt ostensum est. AD QVINTVM dicendum q̄ Platonici ponebant naturā animarū per se esse cõpletam, & accidentaliter corporibus vniri. vnde etiā ponebant transitū animarū de corpore ad corpus. Ad quod ponendū præcipue inducebantur per hoc q̄ ponebāt humanas animas immortales, & generationem nunquā deficere. Vnde ad infinitatē animarū remouendā, ponebant fieri quendam circulum: vt animæ prius exeuntes iterato vnirentur. & secundum hanc opinionem quæ erronea est, Macrobius loquitur. vnde eius autoritas in hac parte non est recipienda. AD SEXTVM dicendum, quod Philosophus in secundo de anima non dicit animam, efficientem esse causam corporis, sed causam unde est principium motus, in quantum est principium motus localis in corpore, & augmenti & aliorum huiusmodi. vt ipsemet exponit ibidem. AD SEPTIMVM dicendum, quod in autoritate illa intelligitur irascibilitas, & concupiscibilitas inefse animæ prius quàm corpori vniretur, natura, non tempore: quia anima hoc non habet a corpore, sed potius corpus ab anima. AD OCTAVVM dicendū, q̄ anima mensuratur tempore secundum esse quo unitur corpori: quàmuis prout consideratur ut substantia quædam spiritalis, mensuretur æuo. Non tamen oportet q̄ tunc inceperit æuo mensurari, quando & Angeli. AD NONVM dicendū, q̄ licet æuū nõ habeat prius & posterius quantum ad ea quæ mensurat: nihil tamē prohibet quin unum altero prius æuo participet. AD X. dicendum, quod licet angelus & anima cõueniant in natura intellectuali: differunt tamen in hoc quod angelus est quædam natura in se completa: unde per se creari potuit. Anima vero cum perfectionem suæ naturæ habeat in hoc quod corpori vnitur, non debuit in celo, sed in corpore, cuius est perfectio creari. AD XI. dicendū, quod anima licet sit secundum se simpli-

Lib. 1. qui est de natura hominis aliquod autem finem.

Loco citato in arg.

In corp. art. in lib. 1. qui est de anima hominis & lib. 26. de anima.

Art. præc. ad 9. arg.

Loco citato in argum. 2. de anima com. 16. com. 2.

se simpliciter omni corpore: tamē est forma & per-
fectio corporis ex elementis cōpositi, cuius locus
ē circa mediū cū quo simul oportet eā hic creari.

AD XII. dicendum, q̄ prima perfectio animā at-
tenditur secundum esse suum naturale. Quā quidē
perfectio consistit in vnione eius ad corpus. Et iō
a principio debuit in loco corporis creari. vltima
autem perfectio eius est in hoc quōd communicat
cum substantijs alijs intellectualibus. Et illa perfe-
ctio dabitur ei in cōlo.

AD XIII. dicendum, q̄ animā quā modo crea-
tur, licet sint nouā creaturā secundum numerum,
tamen sunt antiquā secundum speciem suam: præ-
cesserunt enim in operibus 6. dierum in suo simili
secundum speciem, id est, in animabus primorum
parentum.

AD XIV. dicendum, q̄ opus creationis quo na-
turā principia insituitur, oportet præcedere opus
propagationis. Nō autē tale opus est aiarum creatio.

AD XV. dicendum est q̄ ad iustitiam pertinet red-
dere debitum. vnde contra iustitiam fit si inæqualia
inæqualibus dantur: quando de bita redduntur: non
autem quando gratis aliqua dantur: q̄ conuenit in
creatione animarum. Vel potest dici q̄ ista diuersi-
tas non procedit ex diuerso merito animarum, sed
ex diuersa dispositione corporum. vnde & Plato
dicebat quōd formæ infunduntur à Deo secundum
merita materiæ.

AD XVI. dicendum, q̄ licet aīa dependeat à corpo-
re quantum ad sui principium, ut in perfectione suę
naturæ incipiat, tamen quantum ad sui finem non
dependet à corpore: quia acquiritur sibi esse in cor-
pore ut rei subsistenti. vnde destructo corpore nihi-
lominus manet in suo esse: licet non in completio-
ne suæ naturæ quam habet in vnione ad corpus.

AD XVII. dicēdū, q̄ natura corporis nō aggrauat
aīam, sed ei⁹ corruptio: ut ex ipsa autoritate ostēdit.

ARTICVLVS XI.

Utrum anima sensibilis vel vegetabilis sit per creationem,
vel tradatur ex semine.

VNDECIMO queritur, utrum anima sensibilis
sit per creationem, vel tradatur ex semine.

Et videtur q̄ sic, hac ratione. Eorum. n. quæ
sunt eiusdem rationis, est idem modus prodeundi
in esse: sed anima sensibilis, & uegetabilis in homine
est & in brutis & in plantis eiusdem speciei vel ratio-
nis: in homine autem sunt per creationem, cū sint
eiusdem substantiæ cum anima rationali, quæ est
per creationem, ut ostensum est. ergo etiam in bru-
tis & in plantis uegetabilis & sensibilis sunt per crea-
tionem. Sed dices q̄ anima sensibilis & uegetabilis
est in plantis, & brutis vt forma, & perfectio, in ho-
minibus autem ut dispositio.

¶ 2 Sed contra. quanto aliquid est nobilius, tanto
nobilitati modo exit in esse. Sed nobilius est esse for-
mam & perfectionem, quam esse dispositionem. si
ergo anima sensibilis, & uegetabilis in hominibus,
in quibus sunt, ut dispositiones, exeunt in esse per
creationem, qui est nobilissimus modus prodeundi
in esse, cum nobilissimæ creaturæ hoc modo esse
incipiant, videtur quōd multo magis in plantis,
& brutis sint productæ per creationem.

¶ 3 Præ. In 1. Phyl. dicit Philosophus, q̄ vere est id
est, substantia, nulli est accidens. si ergo anima sensi-
bilis, & uegetabilis sunt in brutis & in plantis ut for-
mæ substantiales, non possunt esse in homine ut di-
spositiones accidentales.

¶ 4 Præ. Ex virtute generantis producitur aliquid
in esse in rebus viuētibus p virtutē, q̄ est in semine:
sed in semine nō est anima sensibilis, vel uegetabilis
in actu. Cum ergo nihil agat nisi secundū quōd est
in actu, vñ q̄ ex virtute feminis nō possit p̄duci aīa
sensibilis vel uegetabilis. Et ita nec p generationem,
sed p creationē. Sed dices q̄ virtus, q̄ est in semine, li-
cet nō sit anima sensibilis actu, agit tamē in virtute
aīæ sensibilis, q̄ erat in patre, a quo semen deceditur.

¶ 5 Sed contra, quōd agit in virtute alterius, agit ut
instrumentum illius: instrumentum autem nō mo-
uet nisi motum. Mouens autem & motum oportet
esse simul, vt probatur 7. Phyl. Cum ergo virtus quæ
est in semine, non sit cōiuncta animæ sensibili gene-
rantis, videtur quōd non possit agere vt instrumen-
tum eius, nec in virtute illius.

¶ 6 Præ. Instrumentū se habet ad principale agens,
sicut virtus mota & imperata ad virtutem motiuam
& imperatam, quæ est vs appetitiua & motiua. Sed
virtus mota imperata nō mouet si separatur a mo-
tiuā imperante, vt patet in partibus animalis decis.
ergo nec virtus, quæ est in semine decisio, potest o-
perari in virtute generantis.

¶ 7 Præ. Quando effectus deficit a perfectione cau-
sæ, non potest se extendere in propriam causę actio-
nem: diuersitati enim naturarū attestatur diuersitas
actionum. Sed virtus, quæ est in semine, etsi sit effe-
ctus animæ sensibilis generantis, tamen constat, q̄
deficit a perfectione ipsius. ergo nō potest in actio-
ne, quæ proprie competeret animę sensibili, scilicet
producere animam sibi similem in specie.

¶ 8 Præ. Ad corruptionem subiecti sequitur corru-
ptio formæ & virtutis, sed sp̄cia in processu gna-
tionis corrūpitur, & aliā formā recipit, vt Aui. dicit
ergo virtus illa corrūpitur, quæ erat in semine: non
ergo per eā potest produci anima sensibilis in esse.

¶ 9 Præ. Natura inferior nō agit nisi mediante calo-
re, & alijs qualitativis actiuis & passiuis, sed calor nō
pōt producere animam sensibilem in esse: quia nihil
agit ultra suam speciem. Nec potest esse factum no-
bilius faciente. ergo anima sensibilis vel uegetabilis
non potest educi in esse per aliquod agens natura-
le. Et ita est, a creatione.

¶ 10 Præ. Agens materiale non agit insuendo, sed
materiam transmutando: sed per transmutationem
materie non puenitur ad nisi formam accidentalem.
ergo per agēs naturale nō pōt produci anima sen-
sibilis & uegetabilis, quæ sunt formæ substantiales.

¶ 11 Præ. Anima sensibilis vel uegetabilis habet quā-
dam quidditatē, quæ quidditas est ab alio facta. Hęc
autem quidditas non erat ante generationem nisi
quia materia poterat eam habere. ergo oportet, q̄
producat ab aliquo agente, quōd operetur non
ex materia. Et huiusmodi est solus Deus creans.

¶ 12 Præ. Animalia generata ex semine, sūt nobilio-
ra animalib⁹ ex putrefactione generatis: vt pote p̄fe-
ctiora, & sibi similia generatiua: sed in animalibus
ex putrefactione generatis animæ sunt a creatione.
Non enim est dare aliquod agens simile in specie, a
quo in esse producatur. ergo videtur multo fortius
quōd animæ animalium ex semine generatorū sint
a creatione. Sed dices quōd per virtutē cęlestis cor-
poris producitur anima sensibilis in animalibus ex
putrefactione generatis, sicut & in alijs per virtutē
formatiuam in semine.

¶ 13 Sed contra, sicut dicit Aug. in lib. de vera religio-
ne, substantia viuēs præminet cuilibet substantiæ
non

In lib. 14. in
dialego. 10.
de legibus a
medio.

1. p. 6. 118. ar
11. 1. Et 1. dist.
18. q. 2. art. 1.
Et 2. cont. c.
86.

Art. 9. huius
quæst.

Lib. 1. com.
17. tom. 2.

Lib. com.
vñ. ut
102.

Lib. 8.
24. 2.

Op.
11.